

+

Reverendissime atq; Excellentissime Viri. Sauter multis no-
minibus colende. S. 249

De Reverendissima Excellentia V.º epistolio, maxime vero de prolixa
in me faventia, animum mihi congratulor. Apparet magna Vir-
tutis tuæ magnetismus eximius, quo vilia aëre præferre, et me-
veluti infinitum metallorum attrahere et sustinere non dedignaris. Me-
arum erit partium, ut ^{me} tam blando amoris nexu devinctus, facilem et
sequacem præstare non desinam, dum gratiam referre volo, non
valeo. Illud tamen in literis nomen magna, pulchra, æterna cum
gloria perennabit: magna, quia mereris, pulchra, quia nil pulchrius
quam Jures; æterna, quia pietati & Virtuti delata. Sed laudes
ego tuas publice privatimq; liberos non cumilabo.

Mitto libellos meos Mathematicos, mihi non meos, cum tui munus sit,
quæ potissimum in illis leguntur; reliqua iudicio tuo accuratissimo sub-
mitto libens. Occasionem operi primum præbuit tractatus gallicus, cuius
titulus Recreations Mathematiques, quem ante aliquot annos Daniel
Schænterus, magna cum accessione, in nostram linguam transtulit;
atq; applausu, ut quarta vice typis iteratus, continuationis ansum mihi
præbuerit; neq; displicere mea etiam amoenitates, illis ingenuis, qui aliarum
linguarum ignorantia ab adytis scientiarum arcantur, interim tamen mecha-
nica dexteritate mirum in modum polleant. His adjuugo schema Comete
nuperi à Mathematico Altdorffio delineatum; malum minaturus pallidus hæc
Astrum, et Deum nobis iratum nunciat; Cuius autem poenarum genere
nos velit afficere, quis inquirere Religio est.

Excubationes Reverendiss. Excell. V.º novissimas & multis cupio vi-
dere cupio. Apud nos sedibus nostrum apparuit, poterit, si ita placet per eundem
Babam ad me deserviri. Interim

— hoc veri complectere pignus amoris.

Vale et fave

Reverendiss. Excell. V.º

Ex affe addictissimo
Georg. Philipp. Hardörffer
Nürnberg die 9 Maij 1673.

Reverendissimo atq; Excellentissimo Viro
Domino Athanasio Kircher, Societ. Jesu Prae-
fectori & Mathematico per Europam
celeberrimo. Saceroti suo colendo

Romae.